

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Johann Nicolaus Hartung

**Augustus Varenius, D. Academiae Rostochiensis Rector & Collegii Theologici in
hoc actu Decanus suo & Facultatis Theologicae nomine Ad Dissertationem
Inauguralem ... Dn. Johannis Nicolai Hartungi, Rottmerslebia-Magdeburgensis ...
ad. d. IV. Iulii publice & solemniter in Auditorio Magno ... habendam ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74087067X>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1672

Varenius, Aug. /d



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74087067X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74087067X/phys_0003)

DFG

Praeceptum
DEO OPT. MAX. VOLENTE, GRATIAM
QUE LARGIENTE!

46.
38.

AUGUSTUS VARENIUS, D. ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTOR

& Collegii Theologici in hoc actu DECANUS
suo & Facultatis Theologicæ nomine

ad

DISSERTATIONEM INAUGURALEM,
VIRI Reverendi, & Amplissimi
DN. JOHANNIS NICOLAI
HARTUNGI,

Rottmerslebiâ - Magdeburgensis

Litterar. et Italiæ-
Bibliothek
Rostock

Ecclesiarum Raugensis in Livoniâ Pastoris,
diocesanos Dörpatensis PRÆPOSITI
& ejusdem Consistorii PRÆSIDIS

ad d. IV. Julii publicè & solemniter in Auditorio Magno
boris ante & postmeridianis habendam

Nobilissimos & Excellentissimos Dominos Professo-
res, Consultissimos & Experientissimos Doctores & Licentiatos
Reverendos Verbi Divini Ministros, Clarissimos Philosophiaæ Magistros,
Generosos & florentissimos Studiosos, Omnia ad eum Ordinum
Cives Academicos, Literatos & literarum Fautores Omnes,
Ea, quâ par est, autoritate & humanitate invitat

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1672.

1672

Memorabile, quod de Salvatore instituto Ecclesiæ super se PENTRUM ædificandæ, Ministerii Apostolici τὸν Δώδεκα Collegium, & per hoc ordinaturo deinceps, qui ipsis, non equidem velut Apostolis, vita, doctrina, miraculorum, passionis, resurrectionis ascensionis, ipsiusque, quem ascendens in jubilis DOMINUS, imminentissimum promiserat, Baptismi S. SPIRITUS, Oculatis testibus, immediatâ vocatione, intimoire DOMINI JESU admissione, ceterisque longè plurimis prærogativis Apostolici, supra quantamcunq; Doctorum omnium dignationem incomparabiliter enectis, nec adeò in illâ sublimi ἀποστολῇ: sed in Πτικοπῇ & Διακονῷ illâ (quam salvâ hujus quoq; in solis Apostolis Universalitate, meminit Lucas in Actis c. I. 20. 25.) in suis singuli gregibus vel Ecclesiis, succederent, & sub se solo Monarchâ, nec absente: sed præsente, imò ambulante in medio candelabrorum, & accuratissimè, non saltim illos, sub vita, fervorisque simulacro, mortuos & tepidos Sardenes ac Lao dicenos, Ephesini, Pergameni, Thyatirenis: sed & hos, Smyrnæis & Philadelphienibus Antistitibus, discernentem, (Apocal. I. 2. 3.) Hierarchiam deinceps Ecclesiasticam absolverent, notatum in Lucâ c. VI. 12. 13. 17. Abiit JESUS in montem, ad orandum, & per nocturnitatem illuc in precatione DEI. Et quum dies ortus esset, advocavit Discipulos suos, & elegit ex ipsis DUODECIM, quos & APOSTOLOS nominavit. Tantæ sc. dignationis & majestatis res erat, Apostolatum, & per hunc, Ministrorum Christi, & ipsius mysteriorum economos, instituere, ut ipse Deus Deiq; filius negotiorum negotiū sibi uni & soli, citra Vicarium (qualis, in Levitico Umbrae ceremonialis ministerio ordinando, ex singularissimâ cœli designatione Moses olim fuerat) dari crederet, ut ipsam precum & supplicationum religionem præmitteret, ut in ipso monte, Oratorium (quò citra contubernii strepitum preces & continuaret & absolveret) sibi designaret, ut in precibus pernoctaret, ut absolutis precibus commendataque causâ universâ Patri, qui miserat, ingentes Discipulorum choros in montem evocaret, ut ex evocatis illis circa solem orientem, Discipulorum numeris, tandem τὸν Δώδεκα s. duodecim viros illos, expressis nominibus feligeret, ipsosque sic selectos, APOSTOLORUM καὶ ἔξαρχον nomine imposito, insigniret, à quibus religionis Christianæ Exarchis, τῆς ὁρθοδοξίας ἀπετέτητις γύλοις (prout Chrysostomo appellantur) quām deinceps in Episcopos, Presbyteros & Diaconos, ipsa Sanctissimi muneric distributio exiverit, sic tamen ut, permutatis licet vocabulis (cum reverâ, omnes Presbyteri Πτικοποῦνται s. commissi sibi gregis inspectioni vacantes, hoc ipso sint & dicantur Episcopi Act. X. 28. Philip. I. 1. Tim. III. 2. Tit. I. 5. 6. 7. 1. Pet. V. 2.) nihilominus ex ipso insti-

instituto Apostolico, Sancti Spiritus moderamine non destituto, I. Cor. VII. 40.
in illo ipso Presbyterorum Collegio, subordinatio (citra tamen immanem il-
lam differentiam, quam inter Episcopum & Presbyterum Papismus statuit,
DEO, justo judicio Episcoporum, iugentem illam præ Presbyteris
arrogatam sibi antecellentiam, per Cardinales, immane quantum supra
Episcopum caput attollentes, ulciscente) locum habuerit, ut prout e.c.
Timotheum, (etsi non sine præsentia & χριστοῖς Presbyterii) ordinavit
Paulus; ita per insulam Cretam Titus, per Ephesinas ecclesias, presbyteros
ordinaret Timotheus, atque sic minister ordinationis non esset solus Episco-
pus ratione definitionis Canonica Presbytero contradistinctus: sed prout
cum Paulo, ita multò magis cum Timotheo & Tito Presbyterium, Oratore
Uno, ordinis Presbyterorum primo (qui paulò post ex illâ Επισκοπή non
solum in gregem, sed & ipsos Presbyteros, & adeo peculiari quadam
honoris accumulatione, appellatus est EPISCOPUS, & cui ratione
institutionis, inspectionis, visitationis, cognitionis quoque causarum,
ubi agebatur contra presbyteros, peculiare competitbat axioma conf. I. Tim.
IV. 14. II. Tim. I. 6. I. Tim. V. 17. 19. Tit. I. 5.) quod vel ipse, qui ceteroqui
pro omnimodi Episcoporū & Presbyterorum a qualitate vehementer milita-
vit in Epistolâ ad Evagrium Hieronymus, negare haut est ausus: Alexandria,
inquit, à MARCO Evangelista usque ad Hemclam & Dionysium Episcopos,
Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum, & PI-
SCOPUM nominabant, quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Dia-
coni eligant de se, quem industrum noverint & Archidiaconum vocent. Ce-
terum nec in solemni illo Electionis APQSTOLORUM actu, satis fuit vo-
canti DOMINO, illos duodecim Viros publicè designare APOSTOLOS;
sed (prout eidem Lucæ memoratum) post illa electionis in monte solemaia,
in humiliorem campestremq; regionem progressus Salvator, sermone quoq;
verè panegyrico sanctioris ordinis institutionem magnificentiorem reddidit,
idque tanta in Discipulorum, Auditorumque corona, ut non alibi (quod in
Canticorum excellentissimo prædictum erat) conspectius facile complemen-
tum impetraverit: Donec Rex est in corona suā (Auditorum ambientum)
nardus mea dabit fragrantiam suam c.l.12. Memoratur quippe DOM. NLM
JESUM stipassel longè maxima Discipulorum, ceterorumque, qui ex totâ
Iudeâ, & hujus metropoli Hierosolymitanâ, imò ex ipsâ Tyri & Sidonis
maritimâ regione, tunc confluxerant, Auditorum corona. & in hac, DO-
MINUS ipse, qui paulò post daturus erat Evangelistarum exercitum copio-
sum, Orator, non illos solum novem Macarismos, quorum ultimus peculiari
sermo-

Termonis δοκτοροφη & mutata persona ad Apostolos directus, singularimodo
Doctoralis & Pastoralis est: BEATI es, quum vos convitiū affecerint &
persequuti fuerint, & quidvis mali adversus vos dixerint, propter me!
Gaudete & exultate quoniam merces vestra multa est in celis: Ita enim per-
sequuti fuerunt Prophetas, qui fuerunt ante vos! Matth. V. 11. 12. Luc. VI.
22.23. sed & illas classes proclamatorum OYAI, s. VAE! quarum ultima me-
morabilis illa, non minus in ipsis Apostolis ad Ordinem Doctoralem sanctio-
rem relata: Vae vobis, quum bene dixerint vobis omnes homines: nam iti-
dem faciebant Pseudoprophetis patres eorum! Luc. VI. 26. Voluit sc̄. sanctissi-
mus ordinis autor, APOSTOLOS, & horum non in catholicā & sublimi
illā Apostolicā speculā (in quā nulli successores dantur) sed particulari my-
steriorum economia, Αγεδόχεος, solam, longè latēque propagandam divini
Nominis gloriam, curandamque populorum conversionem, vel Auditorum
salutem, tum sincero verbi præconio, tum fulgidissimo vita exemplo (prout
decebat nuncupatos: SAL. terra, & LUX mundi) ipsiusque adeo muneris ad-
ministrationem accuratissimam, sibi commendatissimam habere, nullam
ulla in re præbentes impingendi ansam, ne vituperetur ministerium.
2. Cor. VI. 3. Voluit tali esse animo, qui calumnias, qui furias
& vel ipsum contumeliarum Acheronta (ubi munericis sanctioris & in hoc
ipsius DEI causa agitur) impavidi ac hilares excipere, qui applausus omnes
seculi, universaque Orchestræ despicere, inque magnum Antecessorem, in
ipsum fideli Duxem ac consumatorem JESUM intuiti, pro gaudio crucem,
pro thesauris Egypti, pro brū Christi sustinere, quin hoc ipsum in præcipuā suā
felicitate, imo in lucris & divitiis suis possit deputare, laudum honorum
que seculi fugitantes, Odiorum autem, conviciorumque, si qua pro nomine
Christi ipsis inferantur, patientes. Hebr. XI. 26. cap. XII. 1. 2. 3. Atque
utinam meditarentur hæc magis atque magis, qui sacram illam & (si quidem
ex lege Christi, & exemplo Apostoli de seipso in Oratione ad Episcopos
s. Presbyteros Ephesinos Act. XX. 17. 28. 31. profitentis: Egoper triennium.
nocte & die non cessavi cum lacrymis admonere unumquemq; vestrum, agere-
tur) curarum plenissimam provinciam, quæ Ministros eosdemq; nomīnū ac
s. in sermone & doctrinā LABORANTES I. Tim. V. 17. olim quærebat, de-
otio magis, quam negotio, vel nihil minus, quam de laboribus cogitantes, tan-
to ambitu, tantoque nunc cursu sibi depositunt, ut per tot currentes calcea-
tos vel ipsum pretium intendatur alutæ, parū sane memores imperialis illius
ipsique corpori Juris Caesarei]. 31. C. de Episcopis & Clericis, insertæ san-
ctionis: Tantum ab ambitu sepositus esse debet Antiles, ut queratur co-
gendua.

gendus, rogatus recedat, invictus effugiat, sola illi suffragetur necessitas exem-
sandis. Profectò enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invi-
cus. Utinam & illorum hæc animis obversarentur, qui de favore potius vel
honore seculi, quam gloria Dei, solliciti, & ut illo sive potiantur, sive, ubi
potiti jam sunt, non destituantur, infra Agim, Gleonemque sese abjiciunt.
planè tales, quales illi μαλαρι Malachiani vid. Malach. c. II. 1.2. 3.7. 8. 9. quæ
sanè tot ac tanta divinorum in sacerdotes Elenchorum fulmina attonare illos
debebant, ut vel devoverent illam ipsam, quā tanto amōitu, tantoq; adulatio-
nis, cui foedum crimen servitutis inest, studio, mercantur auram, & recor-
dati, quam Malachiani illi Antistites, ipsius cœli judicio, corripiantur, quod
hominibus magis, quam ipsi DOM! NOT! παντεργάντες, gloriam tribuant,
non immemores essent, se in speculâ positos, dicique Pastores, si qua ovium
suā, Pastorum, ignavia, vel negligentia, in prædam lupo infernali concesserit,
fore, ut rationem ipsi DOMINO τοιχιμένι, repetundarum aliquando
postulatuero, reddereteneantur, velut, qui fecerint ut multi impingerent in
Legem! Graviter Isidorus Pelasgiota epist. ad Euseb. Episc. Sacerdos, inquit, quo-
niā ad Deū appropinquat, ad instar τῶν πολυμητῶν ζώων (quorum in-
Ezechiele mentio) undique Oculus esse debet, quem proinde monet, ne
ullo modo Clarissimum Sacerdotium infamet, μὴ πεπλάκιζε θνητόφωτον
ιερωόντην, qui idem in Clerico duo conjuncta requirit: sermonem & vitam,
& in epist. ad Hieracem: Vita, inquit, sine Sermone magis prodest, quam
sermo sine vita. Si autem sermo & vita in unum concurrunt, omnis Philosophia
sacrarium efficiunt. Et quidem, quid Philosophia vocabulo intellexerit, ali-
bi sic clare satis exprimit, sc. ipsum Pietatis & veræ Theologie studium,
ἢν μάνη κνεῖσθαι αρπίας εἴρηται λόγοι i. e. quam solam excellenter sapi-
entiam esse definimus, conf. lib. I. ep. 151. l. 2. ep. 201. & 275. Consonat pul-
cherrime Isiodoro Antecessor Chrysostomus: Nibil, inquit, Doctore frigi-
dius, qui verbis duntaxat philosophatur. Neque enim hoc Doctoris est: sed
bistrionicis & hypocrite, unde Apostoli prius vita decebant exemplis, deinde ver-
bis hom. I. in Act. Apostolorum. Persevera sanè tanti Patris & Patriarchæ
Constantinopolitani censura, in Episcopos & Sacerdotes ceteros, illa est,
quam hom. III. in Actus Apostolorum his verbis publicavit: εὐηρμαί εἴραν-
το Λούς εὐ ιοὺς ιερεύς, ιοὺς σωζομένους. ἀλλὰ πολλῷ πλείους Τούς πανταν-
μένους i. e. Non arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salvi fiant: sed
multò plures, qui pereant. Et ne quis hoc temerè præcipitanterque à se
dictum reputaret, protestationem præmisit: Non temerè, inquit, dico: sed ut
affactus.

affectionis sum, ac sentio. Fundat tantum **D**o^rgoⁿ, partim in illorum, quæ ex
lege & magnitudine officii adesse debebant Antistiti, tanti nominis mensu-
ram impleturo, in longe plurimis, defectu, partim in impedimentorum,
ipsum s^ep^e Doctoris vel Antistitis animum, illo virtutis & constantiae gra-
du dejectum, cumulo. Et illos quidem in ipso statim limine, velut
indignos Sacerdotio rejicit: qui nihil non faciunt ad gratiam hominum, qui
dormire cupiunt, & ad Sacerdotium accedunt, non velut ad negotium: sed
velut ad quietem vel otium. Præter hæc, nonne vides, inquit, quām mul-
tas res adesse oporteat Episcopo, ut sit didicimus s. aptus ad docendum, ut sit
a^cre^tian^s s. tolerans malos, quique cum lenitate erudiat contrario ani-
mo affectionis? 2. Tim. II. 24.25. Et quantæ hoc difficultatis! Ipse sc. debet o-
mnium onera gestare. Alius irascentibus datur venia: ipsi verò nequaquam:
alii peccantibus supereft excusatio: ipsi verò minimè. Omnium linguis est
expositus, omnium judicis objectus & sapientium & insipientium: curis per-
petuis obtunditur, tum diurnis, tum nocturnis. Multos habet osores, mul-
tos invidentes. Pauperes triobulares conditia jaculantur in illum in foro:
Et nisi se omnibus præbeat, & his qui vivunt in otio, & his qui in ne-
gotio, mille undique sustinet criminationes. Nemo metuit illum accusare,
aut traducere. Nam in principibus, ne tale quid patiantur, urget metus:
in his verò nequaquam, quando D^EI timor apud illos nihil valer. Porro
quanta difficultas in electione, quanta requiritur in dicendo, docendoque
solicitude? Nihil à navi quæ fluctibus jactatur, differt sacerdotis animus.
Undique premitur, ab amicis & inimicis. Non licet illi ex autoritate præci-
pere. Si vehementer commoveatur, audit crudelis. Si parum vehementer,
audit frigidus. Cumque oporteat hæc duo contraria concurrere, ut nec con-
temnatur, nec odio habeatur, quanta in hoc temperamento difficultas? Quin
& aliás ipsa negotia preveniunt, occupantque. Quām multos cogiturn of-
fendere volens nolens? Quām multos objurgare, velit nolit? Quod alii
peccant, illi imputatur. Et illa sanē res excelsum requirit animum. Mul-
tas quippe habet causas, quæ depellant ipsum à suis moribus, & innumeris O-
culis illi opus undique. Nihil dico, si vel unus ipius culpa decedit a p^{ro}u^m s.
& non baptizatus, nonne totam ipsum subvertit salutem? Unius quippe ani-
ma per licio, tantam habet jacturam, utin nulla ratio possit estimare. Etenim
si unius anime salus tanti est, ut ob hanc D^EI Filius fieret homo, tantaque
poteretur quantam vel unius anime perditio conciliabit p^{ro}nam? Quis au-
tem sacerdotum præstat tantam solicitudinem pro oīibus Christi, quantam
erga

erga greges Labantis Jacob prestitit? Si quis ad Sacerdotium accesserit, velat
ad solicitudinem & curam, nullus id facile suscepere. Nunc autem non ali-
ter, quam seculares Magistratus, & hanc affectamus dignitatem, nimisrum,
ut glorificemur & honoremur apud homines, per damur apud DEUM. Hæc
ex longè plurimis istius argumenti, à Scriptore Oris aurei, graviter, prou-
tantum decebat Archiepiscopum, l. allegato commemoratis, transcribere
voluimus, quando, pro laudatissimo hujus & aliarum Germaniaæ Academia-
rum more, tum Reverendi & Amplissimi DN. CANDIDATI , DN. JO-
HANNIS NICOLAI HARTUNGI, coetus Raugensis in Livoniâ Sve-
corum, Pastoris, Ecclesiarumq; in Dioceſi Dorpatensi Præpositi, & Consisto-
rii ibidem Præfidis, virtute, doctrinâ, dignatione, meritis, fulgidissimi, san-
ctius Consilium, tū de illo Collegii Theologici nostri iudicium, peculiari Pro-
grammate publicandum, solemnique Disputationi (ut vel de ipsis natalibus
honestissimis, ipsoque anteacta vita curriculo publicè constare possit) breve
quoddam rationarium præmittendum fuit. Natus igitur DN. CANDIDA-
TUS est in oppidulo agri Magdeburgensis, altero ab ipsâ metropoli lapide,
Rottmerschleben, clo loc XXXVI. d. XVII Febr. Patrem habuit Virum Rever.
& Claris. DN. ERNESTUM HENRICUM HARTUNG, Pastorem Eccle-
siae fidelissimum, Matrem ANNAM VERONICAM Wollersbechin/ quæ
mortalis adhuc, propediem, (ita speramus) in columem Filium læta videbit.
Avum paternum D. BALTHASAREM HARTUNG Medicum Lipsier-
sem longè celeberrimum, Aviam, GERTRUDEM Schulzen/ Matronam
primariam. Supersedemus ampliori stemmatum in ipsis majoribus splendi-
dissimorum operosâ commemoratione, quandoquidem nec ipsa Reverendi
DN. CANDIDATI modestia, nec chartæ præsentis angustia, illam admittit.
Studiorum fundamenta in patriæ ludis jecit, iisdemque probè jactis, in
Quedlenburgensi, Ascherslebensi, Magdeburgensi Gymnasiis, Scholisque
celebrioribus, sub accuratissimis Pæconomis, ad omne Adolescentis decori,
& magna exempla daturi, officium conformatus, tantum doctrinæ fo-
lidioris superstruxit, ut jam decimo octavo ætatis anno exeunte, Academiac
adire, magnâ studiorum laude, nec minore fructu, potuerit. Pulchrè
Chrysostomus in cap. I. Act. Apostolorum. Quemadmodum milites nemo
patitur in prælium exire, nisi lustrati prius armatique satis fuerint:
sicut equos nemo sinit à carcere profilire (ὁ οὐδὲν τῆς βαλβίδος)
priusquam aurigam nacti sunt: ita CHRISTUM noluisse discipulos
suos in acie prius conspicere, antequam à Spiritu S. descendente, ad pan-
dendum magnalia D. E. I., varie gentium linguis, essent instructi.

Igitur


Igitur noster quoque' DN. Candidatus, ut fitibundum peccus, stanni, non Philosophia
solum & linguarum: sed & in primis SS. Theologiae, ipsiusque adeo cœlestis sapientia
fruge oppleret, anno 1613 mens. Novembri ingressus Universitatem hanc nostram, &
post biennium inclytā. Julianam, nec minus aditis, et si brevi ore mora, celeberrimis Aca-
demias Lipsiensi & Vitebergensi, omnes juvenis Theologiae Cultoris, & Academicī
partes tantā fide ostendit adimplevitque, ut ad instar navis bona s. contra procel-
las & ad ferendum imperium maris, solidæ, pretiosiss mercibus gravidæ, jam ante 21. an-
nos in exteras gentes emitte, & in sacra Pastoris apud extremos, ad fines ferè Russie
Livonos Raugenses, statione, posset collocari. Agnoscit merito D N. Candidatus re-
verenter ingens illud Providentia argumentum, quo in cœlesti consilio deputatus
est, in illa gente Verbi divini Proco futurus, in quam jam olim magnum Patrum,
Reverendissimum DN. HERMANNUM HARTUNGUM Episcopum Oeseliensem, lon-
gè plurimis meritis inclytum, præmiserat is, qui sedet ad dextram patris, & domi-
natur in medio inimicorum suorum. Nec minus illud magni Δωροθεου beneficium venera-
tur, quod illius gratia non solum in Germanicâ: sed & Esthonicâ & Letticâ, discretis, perq;
amplissimas gentes, vernaculis linguis, sibi haecenus concessum fuerit, distribuere & au-
ditoribus mysteria regni Dei, qvodq; ante biennium circiter, autoritate superiorum, ipsi
stationi Presbyteri. Pastor, altera quoque Præpositi districtus Orientalis Dorpaten-
sis, nec minus terria, præsidis in Consistorio illo Diocesano dignatio accesserit, unde
ipsi auctum, quod ob alias quoque causas jam subnatum erat, consilium modestè &
reverenter Licentiam consequendi, summos in Theologia honores ambiendi, quæ de-
sideria in ipsis ferè superioris Decanatus nostri primordiis, non sine argumentis longè
gravissimis, per literas explicaret, consensu venerandi Collegii Theologici, ipsamque
indulgientia moræ, si per tanta maris ac terrarum intervalla, post Decanatus, tunc no-
stri, tempora, compareret, quin & per Exaraen rigorosum, nuper institutum, judicium
Ordinis nostri honorificentissimum, impetravit. Producimus nunc illum in totius
Academiz conspectum, publicâ, solemnni Disputatione *ad nullam excepit* in spiritualibus, ipsumque judicium Theologicum, Universitati nostræ probatu-
rum. Ad quem actum solemnum, ipsa Auditorum, ex utraque tum Academicâ, tum oppidanâ Republicâ, frequenti præsentia celebriorem reddendum, & tum pro ser-
vato in remotissimis illis, extremis Livonia finibus, igne furnoque, Deo, Ecclesiæ Sta-
tori Vindicique, devotissimas gratias agendum, tum Ecclesiæ illas Linguis discre-
tas, unitate fidei conjunctissimas, & in his, gloriae divinæ, ac longè lateque diffun-
denda fragrantia cognitionis Evangelica dicates sacrateisque Reverendi DN. Candi-
dati labores ac Consilia, illi qui super alta, piis votis ardentissimisque supplicatio-
nibus commendandum, Literatos, Literarum Fautores, & Patronos Omnes, quo-
quot nunc Rostochium continet, suis dignationibus, virtutibusque splendi-
dissimos, ea qua fas est, autoritate & humanitate convocamus.

PP. sub Sigillo Collegii Theologici Rosto-
chii XXIII. Junii A. O. R. clo loc LXXII.





erga greges Labanis Jacob præstitit? Si quis ad Sacerdotem
 ad solicitudinem & curam, nullus id facile suscepit.
 ter, quām seculares Magistratus, & hanc affectamus
 ut glorificemur & honoremur apud homines, perdam
 ex longe plurimis istius argumenti, à Scriptore Oris au-
 tantum decebat Archiepiscopum, l. allegato comen-
 voluimus, quando, pro laudatissimo hujus & aliarum
 rum more, tum Reverendi & Amplissimi DN. CAN-
 HANNIS NICOLAI HARTUNGI, cœtus Raug
 eorum, Pastoris, Ecclesiarumq; in Dioceesi Dorpatensi
 rii ibidem Præsidis, virtute, doctrinâ, dignatione, me
 etius Consilium, tū de illo Collegii Theologici nostriju
 grammate publicandum, solemnique Disputationi (honestissimis, ipsoque anteacta vita curriculo publicè
 quoddam rationarium præmittendum fuit. Natus igit
 TUS est in oppidulo agri Magdeburgensis, altero ab
 Rottmerschleben. cl5 loc XXXVI. d.XVII Febr. Patres
 & Clariss. DN. ERNESTUM HENRICUM HARTU
 sia fidelissimum, Matrem ANNAM VERONICA
 mortalibus adhuc, propediem, (ita speramus) incolume
 Ayum paternum D. BALTHASAREM HARTUN
 sem longe celeberrimum, Aviam, GERTRUDEM
 primariam. Supersedemus ampliori stemmatum in i
 dissimorum operosâ commemoratione, quandoquid
 DN. CANDIDATI modestia, nec charta præsentis an
 Studiorum fundamenta in patriæ ludis jecit, iisde
 Quedlenburgensi, Ascherslebensi, Magdeburgensi
 celebrioribus, sub accuratissimis Pædonomis, ad omn
 & magna exempla daturi, officium conformatus,
 lidioris superstruxit, ut jam decimo octavo ætatis an
 adire, magnâ studiorum laude, nec minore fructu,
 Chrysostomus in cap. i. Act. Apostolorum. Quemadmo
 patitur in prælium exire, nisi lustrati prius armi
 sicut equos nemo sinit à carcere profiliare (περιπο
 priusquam aurigam nati sunt: ita CHRISTU
 suos in acie prius confici, antequam à Spiritu S
 dendum magnalia D. E. I., variis gentium ling



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT
 T0263 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart

rit, velut
 non ali-
 imirum,
 M. Hæc
 prout
 tribere
 ademia
 N. JO-
 niâ Sve-
 onissto-
 ni, san-
 ari Pro-
 atalibus
 breve
 NDIDA
 lapide
 nRever.
 n Eccle-
 si/ qua
 videbit.
 ipsier-
 tonam
 splendi-
 verendi
 dmittit.
 icis, in
 solisque
 decori,
 næ so-
 demias
 Pulchrè
 es nemo
 uerint:
 id ()
 scipulos
 ad pan-
 fructi.
 Igitur